



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Bacchantes ebriosi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

humanâ infirmitate, inconstantia, superbiâ & pruritu ac pronitate in novitates, quali laborabant Corinthii in schismata & dissensiones proni in specie quoad locum, tempus convivas ratione sumptionis Eucharistiæ. De qua materia hic agit Paulus, hinc addit: *Ut & qui probati sunt* [probi, firmi, solidi,] *manifesti fiant in vobis,* v. g. pauperes Corinthii, hi enim à divitibus exclusi & contempti idque æquanimiter ferentes probantur constantes & patientes esse. Teste August. l. 1. in gen. contra Manichæos c. 1. & lib. de vera religione c. 8. sub hypothese humane inconstantia & malitiæ oportet esse hæreses, & Deus illas permittit. *1mò.* Ut boni per suam constantiam manifestentur, eorumque augeantur merita, factor verò hæreticæ pravitatis absensus clariùs paulatim se ipsum prodat. *2dò.* Ut ignorantia ab Ecclesia procul facessat, quia hæreses de somno profundo pigritiæ ad laborem, ad legendam Scripturam, indagandas Ecclesiæ veræ notas ex SS. PP. & DD. excitant. Hoc tempore Lutheri ad oculum patuit, prò qualis tunc ignorantia & pigritia! & qualis non multos intra annos insequentes doctrina omnigenaque scientia in orbem introducta! sic divinæ semper providentiæ proprium est ex mortifero veneno præstantissimum extrahere antidotum.

Bacchantes ebriosi.

Œdit populus manducare & bibere, & sarre-
xerunt ludere, & ira Dei ascendit super eos.

Pl. 77. *Va vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Luc. 6. *Esca ventri & venter escis; Deus autem & hunc & has destruet.* 1. Cor. 6. *Multi ambulant, quos saepe dicebam vobis inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, nostra autem conversatio in caelis est.* Philip. 3. *Qui diligit epulas, in egestate erit, qui amat vinum & pinguis, non ditabitur.* Pro. 21. *Nec temporaliter, nec spiritualiter. Noli esse in convivio potatorum, nec in commessationibus eorum: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumerunt.* Pro. 23. *Cui va? & cuius patri va? cui rixae? cui foveae? cui sine causa vulnera? nonne his qui commorantur in vino, & stident calicibus epotandis?* Pro. 23. *Absorpsi sunt à vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem (memoriae Dei obliti) ignoraverunt iudicium. Mensa repleta sunt vomitu, sordiumque, ita, ut non esset ultra locus.* Il. 28 *Luxuriosos vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunque his delectatur, non erit sapiens.* Pro. 20.

Luxuriosi.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Job. 21. *Risus dolori miscetur, & extrema gaudii luctus occupat.* Pro. 14. *Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae omnis.* Ephel. 4. *Horrendum est, quam fiat lapsus ex una sorditiae in alteram, quasi desperando, & re media omnia respuendo.* Blas.